

# NEANTHES CYZICENUS.

## LYSIMACHUS.

Suidas : Νεάνθης (\*), Κυζικηνός, βήτωρ, μαθητής Φιλίσκου τοῦ Μιλησίου· ἔγραψε Περὶ κακοζηλίας ῥητορικῆς καὶ λόγους πολλοὺς πανηγυρικοὺς. Cf. Eudoc. p. 309.

Philiscus, Isocratis discipulus (v. Suidas v. Φιλίσκος), non solum Neanthes, sed etiam Timæi magister fuisse perhibetur. Verum, quamvis eodem magistro usi sint, æquales tamen Timæum et Neanthes dicere vix licebit. Etenim Timæus circa an. 315 a. C. Athenas profectus paullo post an. 264 diem obiisse debet. Neanthes vero scripsisse dicitur De rebus Attali, qui regnavit inde ab anno 241 usque ad an. 198 a. C. Neanthes igitur juvenis ad Philiscum senem circa an. 280 a. C. accesserit, quum Timæus triginta quinque annis antea eundem sophistam audiisset. Verum vel sic Neanthes, quo tempore Attalus regnum suscepit, fere senex esse debuit : adeo ut valde dubium sit, num aī perī Ἄτταλον ἱστορίαι usque ad mortem regis deductæ fuerint, an nonnisi partem rerum ab Attalo gesturum comprehenderint.

Ceterum Cyzicenus noster vitæ partem haud dubie degebat in aula principis, cujus res gestas posteritati mandare decreverat, quique Cyzicenam mulierem, celeberrimam istam Apolloniadem,

(\* Νεάνθης corruptum in Νεάνθος fr. 28; in Κλεάνθης fr. 30 (uti patet ex collato fr. 17), fr. 3 ap. schol. Arist. Eq. 84 (uti patet ex Plut. Them. c. 29); fr. 35, ubi de fabula Abydenorum laudatur Κλεάνθης ἐν Μυθικοῖς; in Εὐάνθης fr. 16, ubi v. not.; fr. 31 ex Jovin., ubi Euanthes ἐν Μυθικοῖς laudatur de fabula Cyzicena, quæ Neanthes vindicare non dubitavi. Eidem tribui locum Plinii (fr. 34), ubi de fabula Arcadica laudatur *Euanthes, inter auctores Græciæ non spreteus*. Ceterum *Euanthes Cyzicenus Olympionica* memoratur ap. Pausan. VI, 13, 7. — *Euanthes Milesius* ap. Diogen. L. I, 29 : Εὐδοξος ὁ Κνίδιος καὶ Εὐάνθης ὁ Μιλήσιος φασὶ τῶν Κροίσου τινὰ φίλων λαβεῖν παρὰ τοῦ βασιλέως ποτήριον χρυσοῦν, ὅπως δὲ τῷ σωρωτάτῳ τῶν Ἑλλήνων. Τὸν δὲ δοῦναι Θάλῃ κτλ. Fortasse Milesius qui de septem sapientibus egit, non diversus ab *Euanthe Samio*, quem de Solone laudat Hermippus ap. Plutarch. Solon. c. 1 : Οὐ μέντοι στρατηγὸς ἐπὶ τούτων ἐπεδείχθη τὸν πόλεμον (ad bellum Cyrrhæum), ὡς λέγειν φησὶν Ἑρμιππος Εὐάνθη τὸν Σάμιον. — *Euanthis* ἐπὶ ποιοῦ ἕμνον in Glaucum commemorat Athen. VII, p. 296, C. — Quod deinde *Cleanthes* attinet, scripsit quidem Assius stoicus nonnulla argumenti mythici, ut ἀρχαιολογίαν περὶ θεῶν, Περὶ γιγάντων (Diogen. L.) s. Θεομαχίαν, cujus tertium librum laudat Plut. De fluv. c. 17, sed opus Μυθικά inscriptum Diogenes non affert, neque ex iis, quæ affert, fragmentum 35 peti potuit. Præterea *Cleanthes* ἐν ἀΐ Περὶ ὄρων laudatur Plut. De ill. c. 5.

duxerat uxorem (v. Polyb. XXII, 18). Fortasse Neanthes inter magistros regis fuit sicuti *Lysimachus* ille; cujus Athenæus meminit VI, p. 252, C : Ἄτταλου δὲ τοῦ βασιλέως ἐγένετο κόλαξ καὶ διδάσκαλος Λυσίμαχος, ὃν Καλλιμάχος μὲν Θεοδώρειον ἀναγράφει, Ἑρμιππος δ' ἐν τοῖς Θεοφράστου μαθηταῖς καταλέγει. Οὗτος δὲ δάνηρ καὶ Περὶ τῆς Ἄτταλου παιδείας συγγέγραφε βίβλους πᾶσαν κολακείαν ἐμφαινοῦσας. Aliunde de hoc viro non constat.

### Scripta Neanthis :

1. Ἑλληνικά, libris minimum VI, fr. 1—4.
2. Ὄροι Κυζικηνῶν, libris min. II, fr. 5.
3. Αἱ περὶ Ἄτταλον ἱστορίαι, fr. 7.
4. Περὶ ἐνδόξων ἀνδρῶν, fr. 8—16.
5. Περὶ Πυθαγορικῶν, fr. 17—21. Fortasse pars operis antecedentis.
6. Περὶ τελετῶν, libris min. II, fr. 23—27.
7. Τὰ κατὰ πόλιν μυθικά, libris min. V, fr. 28—35.
8. Περὶ κακοζηλίας ῥητορικῆς. Suid. Eudoc.
9. Λόγοι πολλοὶ πανηγυρικοί. (Cf. Westermann. *Gesch. d. gr. Bereds.* § 50, 10).

In *Hellenicis* a mythica ætate exorsus ad sua usque tempora narrationem de rebus Græcorum ratione compendiaria deduxisse videtur; nam libro tertio jam egit de Themistocle. Quæ ex opere *De viris illustribus* supersunt, omnia spectant ad poetas et philosophos, quibus accensendi septem, quos vocant, sapientes (fr. 10). Ab hoc opere Jonsius p. 157, et Menagius ad Diog. L. VIII, 72, distinguendum esse putant librum de Pythagoreis (N. ὁ καὶ περὶ τῶν Πυθαγορικῶν εἰπῶν, fr. 22 et fr. 19). Nescio an recte. In libris Περὶ τελετῶν (fr. 23, 24; περὶ τελετῆς fr. 25) λόγους μυστικῶς enarravit, nominaque mystica vel mythice vel allegorice exposuit (fr. 23 et 27). Periegetam egit, locorumque fabulas cum urbium originibus, cum deorum cultu aliisque civitatum institutis conjunctas in opere Κατὰ πόλιν μυθικά inscripto congegit. Deprehendimus fabulas Lydiæ (fr. 26), Syriæ (fr. 30), Atticæ (fr. 32), Arcadicæ (fr. 33).

Fides Neanthis haud ita magni facienda. Falso multa ab eo tradita esse de rebus antiquariis, vel inde colligas, quod contra eum librum conscripsit Polemo (Πολ. ἐν ταῖς πρὸς Νεάνθη ἀντιγραφαῖς, fr. 24). Plutarchus quoque notat τὴν Νεάνθους ἐν

## NEANTHIS FRAGMENTA.

3

ένίους εὐχέρειαν (fr. 32). Quod quidem vituperium laud redimi dixerim verbis Plinii, cui *Neanthes* est *inter auctores Graeciae non spreus* (fr. 33). Quae haud absque ironia dicta esse ex iis, quae Neanthe duce narrat incredibilia, facile patet. Verum ne opus quidem est hisce testimoniis, quum levitatem auctoris ex ipsis fragmentis affatim cognoscere possis. Legas, quæso, fragm. 36 de nomine Capherei promontorii, fr. 11 de Heraclito κυνοβρώτω, fr. 9 de morte Sophoclis, fr. 17 de Pythagora Syro, fr. 20 de Empedoclis λογοκλοπέα, et si quæ his similia.

## ΕΛΛΗΝΙΚΑ.

1.

## E LIBRO SECUNDO.

Athenæus III, p. 111, D : Θρόνος ἄρτου ὄνομα. Νεάνθης ὁ Κυζικηνός, ἐν δευτέρῳ Ἑλληνικῶν γραφῶν οὕτως· « Ὁ δὲ Κόδρος τόμον ἄρτου τὸν καλούμενον θρόνον (τοῦ καλούμενου θρόνου Casaub.) λαμβάνει, καὶ κρέας, καὶ τῷ πρεσβυτάτῳ νέμουσι (νέμει em. Casaub.). Res obscura.

## E LIBRIS TERTIO ET QUARTO.

2.

Idem XIII, p. 576, D : Νεάνθης δ' ὁ Κυζικηνός ἐν τῇ τρίτῃ καὶ τετάρτῃ τῶν Ἑλληνικῶν ιστοριῶν Εὐτέρπης αὐτὸν (sc. τὸν Θεμιστοκλέα) εἶναι φησιν υἱόν.

Plutarch, Themist. c. 1 : Φανίας... τὴν μητέρα Θεμιστοκλέους... Εὐτέρπην ἀναγράφει. Νεάνθης δὲ καὶ πόλιν αὐτῇ τῆς Καρίας Ἀλικαρνασσὸν προστίθησι.

3.

Plutarch, Themist. c. 29, 10 : Πόλεις δ' αὐτῷ τρεῖς μὲν οἱ πλεῖστοι δοθῆναι λέγουσιν, εἰς ἄρτον καὶ οἶνον καὶ ὄψον, Μαγνησίαν καὶ Λάμψακον καὶ Μουσῶντα· δύο δ' ἄλλας προστίθησιν ὁ Κυζικηνός Νεάνθης καὶ

Φανίας (fr. 10), Περκώτην καὶ Παλαίσκηψιν εἰς στρωμνὴν καὶ ἀμπεχόνην.

Schol. Aristoph. Equit. 84 : Ὁ βασιλεὺς δωρεῖται αὐτῷ (Θεμιστοκλεῖ) τρεῖς πόλεις, Μαγνησίαν εἰς σῆτον, Λάμψακον εἰς οἶνον, Μουσῶντα εἰς ὄψα, ὡς δὲ Κλεάνθης (scr. Νεάνθης) καὶ Περκώτην εἰς στρωμνὴν καὶ Παλαίσκηψιν εἰς στολὴν.

## E LIBRO SEXTO.

4.

Athenæus VII, p. 311, E : Ὁ δὲ Γαῖσων, οὗ Ἀρχέστρατος μνημονεύει, ἡ Γαῖσωνίς λίμνη ἐστὶ, μεταξὺ Πριήνης καὶ Μιλήτου ἠνωμένη τῇ θαλάττῃ, ὡς Νεάνθης ὁ Κυζικηνός ἱστορεῖ ἐν τῇ ἕκτῃ τῶν Ἑλληνικῶν. Cf. Ephorus fr. 91 (qui Gæsonem fluvium dicit in lacum influentem); Herodot. IX, 97; Gæsus ap. Plinium V, 29, 31, Gæsus ap. Melam I, 17, ubi cf. Tzschucke.

## ΩΡΟΙ [ΚΥΖΙΚΗΝΩΝ].

## E LIBRO PRIMO.

5.

Athenæus p. IV, 175, D : Τοῦτο δὲ τὸ ὄργανον (sc. τὸ τρίγωνον) Νεάνθης ὁ Κυζικηνός ἐν πρώτῳ Ὠρων εὐρημα εἶναι λέγει Ἰβύκου, τοῦ Ῥηγίνου ποιητοῦ, ὡς καὶ Ἀνακρέοντος τὸ βάρβιτον. Cf. Jubæ fragm. h. 1. laudatum.

6.

Strabo I, p. 45 : Οὐδ' ὁ Σκῆψιος δὲ Δημήτριος εἶ, ἀλλὰ καὶ τῷ Ἀπολλοδώρῳ τῶν ἀμαρτιῶν ἐνίωιν αἴτιος ἐκεῖνος κατέστη. Πρὸς γὰρ Νεάνθη τὸν Κυζικηνὸν φιλοτιμοτέρως ἀντιλέγων, εἰπόντα ὅτι οἱ Ἀργοναῦται πλεόντες εἰς Φᾶσιν τὸν ὕψ' Ὀμήρου καὶ τῶν ἄλλων δμολογούμενον πλοῦν, ἰδρύσαντο τὰ τῆς Ἰδαίας μητρὸς ἱερὰ περὶ Κύζικον, ἀρχὴν φησι μὴ εἰδέναι τὴν εἰς Φᾶσιν ἀποδημίαν τοῦ Ἰάσους Ὀμηρον. De tem-

## HELLENICA.

1.

*Thronus*, panis nomen, commemorat Neanthes Cyzicenus secundo libro Rerum Graecarum sic scribens : Et Codrus frustum panis, quem *thronum* vocant, sumit, atque carnem, et natu maximo distribuit. »

2.

Neanthes Cyzicenus Historiarum Graecarum libro tertio et quarto matrem Themistoclis Euterpen (Halicarnassensem ex Caria) fuisse tradit.

3.

Plerique auctores tradunt datas Themistocli fuisse tres civitates, quarum e redivitibus panem, vinum et obsonia pararet, Magnesiam, Lampsacum et Myntem : duas addunt ad vestem stragulam et amictum ei concessas Neanthes Cyzicenus et Phanias, nimirum Percoten et Palæscepsin.

4.

*Gæson*, cujus meminit Arcestratus, Gæsonis palus est inter Prienen et Miletum mari conjuncta, ut tradit Neanthes libro sexto Hellenicorum.

## ANNALES CYZICENORUM.

5.

Triangulum instrumentum Neanthes Annalium libro primo inventum esse ait Ibyci Rhagini poetæ, quemadmodum Anacreontis sit barbiton.

6.

Non recte etiam Demetrius Scepsius, sed et errorum quorundam causam Apollodoro is præbuit. Nam contra Neanthes Cyzicenum majore contentione disputans, qui dixerat Argonautas, quum navigarent ad Phasin (quæ sit ab Homero et aliis testibus confirmata navigatio) Idææ matris templa, quæ sunt circa Cyzicum, fundavisse

1

plo Matris Idææ in Dindymo monte, quod Zenonem imperatorem cultui Christiano dedicasse opinatur Cedrenus p. 119, B, v. Marquardt, *Cyzicus u. sein Gebiet*, p. 148 et p. 95 sqq.

## ΑΙ ΠΕΡΙ ΑΤΤΑΛΟΝ ΙΣΤΟΡΙΑΙ.

## E LIBRO PRIMO.

7.

Athenæus XV, p. 699, D : 'Ο δέ τις ἐλάνας (sc. ἔλεγε), τὰς λαμπάδας οὕτω φάσκων καλεῖσθαι παρὰ τὴν ἑλλην· οὕτω δ' εἰπεῖν Νεάνθησιν ἐν πρώτῃ τῶν περὶ Ἀτταλον ἱστοριῶν. Eadem Eustathius ad Homer. Od. p. 1571 ed. Rom.

## ΠΕΡΙ ΕΝΔΟΞΩΝ ΑΝΔΡΩΝ.

8.

## ΕΠΙΧΑΡΜΟΣ.

Stephan. Byz. : Κραστός· ἐκ ταύτης (Κραστοῦ) ἦν Ἐπίχαρμος ὁ κωμικός καὶ Λαῖς ἡ ἑταῖρα, ὡς Νεάνθησιν ἐν τῷ Περὶ ἐνδόξων ἀνδρῶν. De Laidis patria cf. Polemonis et aliorum sententias ap. Athen. p. 588, C. — Ex eodem De viris illustribus petita esse quæ de Periandro, Heraclito, Sophocle, Platone, Antisthene, Timone traduntur, recte statuit Marquardt. l. l. p. 166.

9.

## ΣΟΦΟΚΛΗΣ.

Vita Sophoclis p. 130 Westerm. : Τελευτῆσαι δὲ αὐτὸν Ἴστρος (fr. 51) καὶ Νεάνθησιν φασὶ τοῦτον τὸν τρόπον. Καλλιπιδὴν ὑποκριτὴν ἀπ' ἐργασίας ἐξ Ὀποῦντος ἤκοντα παρὰ τοὺς Χόας, πέμψαι αὐτῷ στα-

omnino de Iasonis peregrinatione ad Phasin Homero nihil quicquam fuisse cognitum ait.

## DE REBUS ATTALI.

7.

Hic (unus e dipnosophistis) *helanas* dixit, lampades aiens sic vocari a splendore (παρὰ τὴν ἑλλην), usum autem esse eo vocabulo Neanthen libro primo Historiarum de rebus Attali

## DE VIRIS ILLUSTRIBUS.

8.

## EPICHARMUS.

E Crasto urbe oriundus Epicharmus comicus et Lais metrix, teste Neanthe in libro De viris illustribus.

9.

## SOPHOCLES.

Obiisse Sophoclem Ister et Neanthes tradunt hoc modo : Callipidem histrionem, quum Opunte venisset ad Choas celebrandos, misisse ei uvam, cuius acinum adhuc immaturum in os injicientem Sophoclem propter summam senectutem suffocatum fuisse ideoque vitam finisse.

φυλὴν· τὸν δὲ Σοφοκλέα λαθόντα εἰς τὸ στόμα βᾶγα ἐτι ὀμφακίζουσιν ὑπὸ τοῦ ἀγαν γήρως ἀποπνιγέστα τελευτῆσαι.

10.

## ΠΕΡΙΑΝΔΡΟΣ.

Diogenes L. I, 99 : Σωτῶν δὲ καὶ Ἡρακλείδης καὶ Παμφύλῃ ἐν τῷ πέμπτῳ τῶν Ἰπομνήματων δύο φασὶ Περιάνδρου γεγονέναι, τὸν μὲν τύραννον, τὸν δὲ σοφὸν καὶ Ἀμβρακιώτην· τοῦτο καὶ Νεάνθησιν φησὶν ὁ Κυζικηνὸς ἀναφύσας τε εἶναι ἀλλήλοισι. Cf. Aristot. fr. 136; Schneider. ad Aristot. Polit. p. 301; Müller. *Dor.* II, p. 155.

11.

## ἩΡΑΚΛΕΙΤΟΣ.

Idem IX, 4 : Ἐρμιππος δὲ φησὶ λέγειν αὐτὸν (Heraclitum aqua intercute laborantem) τοῖς ἰατροῖς, εἴ τις δύναται τὰ ἔντερα πιέσας ὑγρὸν ἐξεράσαι; ἀπειπόντων δὲ, θεῖναι αὐτὸν εἰς τὸν ἥλιον καὶ κελεῖν τοὺς παῖδας βολβίτοις καταπλάττειν· οὕτω δὲ κατατενόμενον δευτεραῖον τελευτῆσαι καὶ ταφῆναι ἐν τῇ ἀγορᾷ. Νεάνθησιν δ' ὁ Κυζικηνὸς φησὶ μὴ δυνηθέντ' αὐτὸν ἀποσπᾶσαι τὰ βόλβιτα μείναι καὶ διὰ τὴν μεταβολὴν ἀγνοηθέντα κυνόβρωτον γενέσθαι.

12.

## ΠΛΑΤΩΝ.

Diogenes L. III, 3 : Νεάνθησιν δὲ φησὶν αὐτὸν τετάρων καὶ ὀγδοήκοντα τελευτῆσαι ἐτῶν. Ex his Plato natus foret Ol. 87, 1. Rectius Hermippus l. l. et Apollodorus natum Ol. 88, 1, vixisse dicunt annis 81. Cf. Clinton. ad an. 429.

10.

## PERIANDER.

Sotion et Heraclides et Pamphila in quinto Commentariorum duos aiunt fuisse Periandros, tyrannum alterum, alterum vero sapientem eumque Ambracioten. Idem Neanthes quoque Cyzicenus dicit, adens patruales sibi invicem fuisse.

11

## HERACLITUS.

Hermippus refert Heraclitum medicis dixisse, num posset quisquam pressis intestinis humorem exhaurire; negantibus autem, se ipsum solis objecisse radiis ac jussisse pueris boium fimo se oblinere; ita vero distentum altero die obiisse sepultumque in foro esse. Neanthes vero Cyzicenus ait illum, fimo bubulo quum se eximere non posset, ita perstitisse atque ob eam mutationem ignotum a canibus discerptum esse.

12

## PLATO.

Neanthes tradit Platonem obiisse annos natum octoginta quattuor.

## FRAGMENTA.

5

13.

Idem III, 4 : "Ἐνιοὶ δὲ διὰ τὴν πλατύτητα τῆς ἔρμηνείας οὕτως ὀνομασθῆναι ( φασὶ τὸν Πλάτωνα ). ἢ ὅτι πλατὺς ἦν τὸ μέτωπον, ὡς φησιν Νεάνθης.

14.

Idem III, 25 : Τούτου, φησὶ Νεάνθης ὁ Κυζικηνός, εἰς Ὀλύμπια ἀνιόντος, τοὺς Ἑλληνας ἀπαντας ἐπιστραφεῖν πρὸς αὐτόν· ὅτε καὶ Δίῳ συνέμιξε μέλλοντι στρατεύειν ἐπὶ Διονύσιον.

15.

## ANTISΘENΗΣ.

Idem VI, 13 : Καὶ πρῶτος ἐδίπλωσε τὸν τρίβωνα (καθὰ φησὶ Διοκλῆς) καὶ μόνῳ αὐτῷ ἐχρῆτο· βάρτρον τε ἀνέλαβε καὶ πήραν· πρῶτον δὲ καὶ Νεάνθης φησὶ διπλωσαὶ θοιμάτιον.

16.

## ΤΙΜΩΝ.

Schol. Arist. Lys. 808 : Τίμων οὗτος ἦν ὁ λεγόμενος μισάνθρωπος, ὃν φησὶ Νεάνθης ἀπὸ ἀγράδος πεσόντα χυλὸν γενέσθαι, μὴ προσιέμενον δὲ ἰατροῦς ἀποθανεῖν σαπέντα. Καὶ μετὰ τὴν τελευταίαν αὐτοῦ τὸν τάφον ἄδατον γενέσθαι ὑπὸ θαλάσσης περιρραγέντα, ἐν ὁδῷ τῇ ἐκ Πειραιῶς εἰς Ζωστήρα καὶ Σούνιον φερούση.

Eadem Suidas v. Ἀπορῶγας (cl. Τίμων), ubi Νεάνθης in duobus codd. Par., Εὐάνθης in reliq.—ἀγράδος] ita Suidas; schol. χαράδρας corrupte.

13.

Sunt qui Platonem ob orationis ubertatem et miram latitudinem sic appellatum putent; sive quod ampla fuerit fronte, ut Neanthes scribit.

14.

Refert Neanthes Cyzicenus Platonem, quum ad Olympia aliquando ascendisset, Græcorum in se omnium ora convertisse, eodemque tempore Dionem convenisse, bellum adversus Dionysium parantem.

15.

## ANTISTHENES.

Antisthenes primus pallium, ut ait Diocles, duplicavit, ipsoque solo utebatur vestimento; baculumque sumpsit ac peram. Hunc etiam Neanthes primum refert duplicasse pallium.

16.

## ΤΙΜΩΝ.

Intelligendus est μισάνθρωπος, quem dicunt. Hunc Neanthes tradit, quum de piro silvestri cecidisset, claudum

## ΠΕΡΙ ΠΥΘΑΓΟΡΟΥ ΚΑΙ ΠΥΘΑΓΟΡΙΚΩΝ.

17.

Clem. Alex. Strom. I, p. 129, 42 Syll. (p. 352 Pott.) : Pythagoras sec. Aristarchum et Theophrastum Tyrrenus fuit, ὡς δὲ Νεάνθης Σύριος ἢ Τύριος.

Eadem Theodoret. Therap. I, p. 468, et Porphyry. V. Pyth. init. (v. fr. 30), ubi laudatur Κλεάνθης ἐν πέμπτῳ Μυθικῶν. Eodem etiam Noster locus relegandus erat; sed h. l. posui, quia Neanthes in libris de Pythagoricis mentionem huius rei omittere vix potuit. Contra Menagius ad Diog. L. VIII, 72, p. 383 pro Μυθικῶν legi vult Πυθαγορικῶν. At nonne mirum foret quinto demum libro lectorem de patria Pythagoræ doceri? Cf. not. ad fr. 30.

18.

Porphyry. V. Pyth. §. 55 p. 90 ed. Kiessl., postquam de causis seditionis Cyloniae dixerat, pergit. Τούτωνθεν δ' οἱ μὲν φασιν ὅτι τῶν ἐταίρων τοῦ Πυθαγόρου συνηγμένων ἐν τῇ Μίλωνος οἰκίᾳ τοῦ ἀθλητοῦ παρὰ τὴν Πυθαγόρου ἀποδημίαν (ὡς γὰρ Φερεκύδην τὸν Σύριον αὐτοῦ διδάσκαλον γενόμενον εἰς Δῆλον ἐπέπορευτο νοσοκομήσων αὐτὸν περιπετῇ γενόμενον τῷ ἰστορουμένῳ φθειριάσεως πάθει καὶ κηδεύσων), πάντας πανταχῇ ἐνέπρησαν αὐτοῦ τε καὶ κατέλευσαν, δύο ἐκφυγόντων ἐκ τῆς πυρᾶς, Ἀρχίππου τε καὶ Λύσιδος, οἷς φησὶ Νεάνθης, ὃν ὁ Λύσις ἐν Ἑλλάδι ὄκησεν, Ἐπαμινώνδᾳ τε συγγέγονε, οὗ καὶ διδάσκαλος γέγονε. Δικαίάρχος δὲ καὶ οἱ ἀκριβεῆστεροι καὶ τὸν Πυθαγόραν φασὶ παρῆναι τῇ ἐπιβουλῇ.

factum esse, et quum medicos admittere nollet, putredine consumptum obiisse; porro sepulcrum ejus ad viam, quæ ex Piræo ad Zosterem et Sunium ducit, inaccessum factum esse mari undique circumfuso.

## DE PYTHAGORA ET DE PYTHAGOREIS.

17.

Pythagoras secundum Neanthen Syrus vel Tyrius fuit.

18.

Proinde, ut nonnulli referunt, Pythagoræ familiares in Milonis athletæ ædibus congregatos, absente tum Pythagora (nam ad Pherecydem Syrium, quo præceptore olim fuerat usus, in Delum discesserat, ut famoso illo pediculari morbo correpto adesset curamque ejus gereret), omnes igne immisso exusserunt et lapidibus obruerunt; duobus tantum ex incendio elapsis, Archippo et Lyside, ut Neanthes prodidit. Ex hisce Lysis in Græcia habitavit, et ad Epaminondam se contulit, cujus etiam præceptor fuit. Sed Dicaearchus et accuratiores auctores ipsum quoque Pythagoram adfuisse aiunt, quum insidiæ struerentur.

19.

Theolog. arithm. p. 40, 10 Ast. : Ἐπεὶ δὲ ὁ ἀπὸ τοῦ ζ' κύβου σις γίνεται, ὁ ἐπὶ ἑπταμήνων γονίμων χρόνος, συναριθμουμένων τοῖς ἐπτά τῶν ἕξ ἡμερῶν, ἐν αἷς ἀφροῦται καὶ διαφύσεις σπέρματος λαμβάνει τὸ σπέρμα, Ἀνδροκύδης δὲ ὁ Πυθαγορικὸς ὁ περὶ τῶν συμβόλων γράψας καὶ Εὐβουλίδης καὶ Νεάνθης, οἱ τὰ κατὰ τὸν ἄνδρα ἀναγράφαντες, σις ἔστι τὰς μετεμψυχώσεις τὰς αὐτῶ συμβεβηκυίας ἐφασαν γεγονέναι. *Sequentia lege in fragm. Aristoxeni 23.*

20.

## ΕΜΠΕΔΟΚΛΗΣ.

Diogen. L. VIII, 54 : Ἀκοῦσαι δ' αὐτὸν (τὸν Ἐμπεδοκλέα) Πυθαγόρου Τιμαῖος (fr. 81) διὰ τῆς ἐνάτης ἱστορεῖ, λέγων ὅτι καταγνωσθεὶς ἐπὶ λογοκλοπείᾳ τότε (καθὰ καὶ Πλάτων) τῶν λόγων ἐκωλύθη μετέχειν... Φησὶ δὲ Νεάνθης ὅτι μέχρι Φιλολάου καὶ Ἐμπεδοκλέους ἔκοινώνουν οἱ Πυθαγορικοὶ τῶν λόγων· ἐπεὶ δ' αὐτὸς διὰ τῆς ποιήσεως ἐδημοσίωσεν αὐτὰ, νόμον ἔθεντο μηδενὶ μεταδόντων ἐποποιῶν. Ἐπὶ δ' αὐτὸ καὶ Πλάτωνά φασι παθεῖν· καὶ γὰρ τοῦτον κωλυθῆναι. Τίνος μέντοι γ' αὐτῶν ἤκουσεν ὁ Ἐμπεδοκλῆς οὐκ εἶπε· τὴν γὰρ περιφερομένην πρὸς Τηλαυγῶς ἐπιστολήν, ὅτι μετέσχεν Ἰππασίου καὶ Βροντίου, μὴ εἶναι ἀξιόπιστον. *Vix dubium est Timæum et Neanthes Philisci discipulos vel alterum ex altero, vel utrumque ex eodem fonte hausisse. Quare pro Πυθαγόρου Τιμαῖος reponendum puto Πυθαγορικῶν τινὸς Τιμ. Contra ipsum Pythagoram Emp. magistrum dixerat Alcidas ap. Diog. VIII, 56; ad hunc respicit Diog. VIII, 50. Ceterum cf. Karsten. Empedoclis Reliq. p. 4; de λογοκλοπείας fabula idem p. 51.*

19.

Androcydes Pythagoreus, qui de symbolis Pythagoreorum scripsit, et Eubulides et Neanthes, qui vitam Pythagoræ conscripserunt, ducentesimo quoque et decimo sexto anno metempsychoses Pythagoræ fuisse tradunt.

20.

Empedoclem audiisse Pythagoram Timæus auctor est in nono Historiarum, dicens improbatum, quod doctrinam evulgasset, consortio exclusum fuisse, quemadmodum etiam Platonem... Refert vero Neanthes usque ad Philolaum et Empedoclem ad sermonum communionem admittere omnes solitos, ubi vero ipse poemate disciplinam divulgavit, legum tulerunt, uti nullo cum epico poeta communicare disciplinam liceret. Idem Platoni quoque accidisse narrat ille : quippe et hunc fuisse prohibitum. Quem tamen illorum audiverit Empedocles, non dixit : eam enim quæ Telaugis fertur epistolam, in qua Hippasum et Brontinum audiisse dicitur, non esse fide dignam.

21.

Heraclides Serapionis filius tragœdias alterius fuisse me-

21.

Idem VIII, 58, de tragœdiis Empedoclis : Ἡρακλείδης δὲ ὁ τοῦ Σεραπίωνος, ἐτέρου φησὶν εἶναι τὰς τραγωδίας, Ἰερώνυμος δὲ τρισὶ καὶ τετταράκοντά φησιν ἐντετυχηκέσαι. Νεάνθης δὲ νέον ὄντα γεγραφέσαι τὰς τραγωδίας καὶ αὐτὸς ἔπειτα αὐταῖς ἐντετυχηκέσαι. *Heraclidem veriora tradere non dubium. V. Karsten. l. 1. p. 64.*

22.

Idem VIII, 72 : Νεάνθης δ' ὁ Κυζικηνὸς ὁ καὶ περὶ τῶν Πυθαγορικῶν εἰπὼν φησὶ Μέτωνος τελευτήσαντος τυραννίδος ἀρχὴν ὑποφύεσθαι· εἶτα τὸν Ἐμπεδοκλέα πείσαι τοὺς Ἀκραγαντίνους παύσασθαι μὲν τῶν στάσεων, ἰσότητα δὲ πολιτικὴν ἀσχεῖν. Ἔτι δὲ πολλάς τῶν πολιτικῶν ἀπροίκους ὑπαρχούσας αὐτὸν προικίσαι διὰ τὸν παρόντα πλοῦτον, καὶ στρόφιον ἐπιθέσθαι χρυσῶν, ὡς Φαβωρῖνος ἐν Ἀπομνημονευμάτων πρώτῳ· ἔτι τ' ἐμβάδας χαλκᾶς καὶ στέμμα Δελφικόν. Κόμη τ' ἦν αὐτῶ βαθεῖα καὶ παῖδες ἀκόλουθοι, καὶ αὐτὸς ἀεὶ σκυθρωπὸς ἐφ' ἐνὸς ἦν σχήματος. Τοιοῦτος δὲ προσήει, τῶν πολιτῶν ἐντυχόντων, καὶ τοῦτο ἀξιώσαντων οἰονεὶ βασιλείας τινὸς παράσημον. Ὑστερον δὲ διὰ τινα πανήγυριν πορευόμενον ἐφ' ἀμάξης ὡς εἰς Μεσσήνην, πεσεῖν, καὶ τὸν μηρὸν κλάσαι· νοσήσαντα δ' ἐκ τούτου, τελευτήσαι ἐτῶν ζ' καὶ ὁ [ὡς φησὶ Νεάνθης ὁ Κυζικηνός].

Postrema addit Hesychius Miles. (v. Ἐμπεδοκλῆς p. 24 ed. Orelli), qui eadem ad verbum exhibet, nisi quod Neanthis mentionem ab initio articuli ad finem relegavit. Ceterum de re cf. Karsten. l. 1. p. 15 sqq.

morat. Hieronymus vero quadraginta tres se vidisse assertit, Neanthes autem hunc juvenem scripsisse tragœdias, quas ipse quoque postea viderit.

22.

Neanthes Cyzicenus, qui etiam de Pythagoreis scripsit, refert Metone vita functo tyrannidis pullulare exordia cœpisse; tum vero Empedoclem Agrigentinos induxisse uti seditionibus omissis æqualitatem civilem amplecterentur. Multis itidem civium, quæ sine dote erant, dotem dedisse de copia divitiarum : ideo et purpuram eum induisse et strophium aureum circumdeditse Favorinus in primo Commentariorum auctor est; crepidas item æreas et Delphicam sumpsisse coronam. Coma item illi proluxa fuit et pueri pedissequi : et ipse gravis semper atque in uno severitatis habitu persistit. Eo habitu igitur prodibat, ut civibus ipsi occurrentibus ac pro magno id munere habentibus, specimen quoddam et insigne regium præ se ferre videretur. Postremo vero quum celebritatis cujusdam causa Messanam curru invecus pergeret, cecidisse coxamque fregisse : quo etiam ex morbo defunctum esse ætatis anno septuagesimo septimo [ ut Neanthes Cyzicenus tradit ].



## FRAGMENTA.

7

22 a.

Iamblich. V. Pyth. c. 31, § 189 : Καὶ ἐξ ὧν Ἰππόδοτος καὶ Νεάνθης περὶ Μυλλίου καὶ Τιμύχας τῶν Πυθαγορείων ἱστοροῦσι μαθεῖν ἔνεστι τὴν ἐκείνων τῶν ἀνδρῶν σωφροσύνην, καὶ ὅπως αὐτὴν Πυθαγόρας παρέδωκε. Τὸν γὰρ Διονύσιον τὸν τύραννόν φασιν, ὡς πάντα ποιῶν οὐδενὸς αὐτῶν ἐπετύγχανε τῆς φιλίας, φυλακτομένων τὸ μοναρχικὸν αὐτοῦ καὶ παράνομον, λόχον τινὰ τριάκοντα ἀνδρῶν, ἡγουμένου Εὐρυμένου Συρακουσίου, Δίωνος ἀδελφοῦ, ἐπιπέμψαι τοῖς ἀνδράσι λοχῆσοντα τὴν μετάβασιν αὐτῶν ἀπὸ Τάραντος εἰς Μεταπόντιον εἰωθυῖαν κατὰ καιρὸν γίνεσθαι· ἡρμόζοντο γὰρ πρὸς τὰς τῶν ὠρῶν μεταβολάς, καὶ τόπους εἰς τὰ τοιαῦτα ἐπελέγοντο ἐπιτηδείους. Ἐν δὲ Φάλαις (Φάλαις Scalig.), χωρίῳ τῆς Τάραντος φαραγγῶδει, καθ' ὃ συνέβαινε αὐτοῖς ἀναγκασίως τὴν ἄδικοιαν γενήσεσθαι, ἐλόχα κατακρύψας τὸ πλῆθος ὃ Εὐρυμένης. Ἐπειδὴ δὲ οὐδὲν προσιδόμενοι ἀφίκοντο οἱ ἄνδρες περὶ μέσον ἡμέρας εἰς τὸν τόπον, ληστρικῶς αὐτοῖς ἐπαλαλάζαντες ἐπέθεντο οἱ στρατιῶται. Οἱ δὲ ἔκταραχθέντες μετ' εὐλαβείας ἅμα τε διὰ τὸ αἰφνίδιον καὶ αὐτὸ τὸ πλῆθος (ἦσαν γὰρ αὐτοὶ σύμπαντες δέκα που τὸν ἀριθμὸν), καὶ ὅτι ἀνοπλοὶ πρὸς ποικίλως ὤπλισμένους διαγωνισόμενοι ἔμελλον ἀλίσκεσθαι, δρόμῳ καὶ φυγῇ διασώζειν αὐτοὺς διέγνωσαν, οὐδὲ τοῦτο ἀλλότριον ἀρετῆς τιθέμενοι· τὴν γὰρ ἀνδρείαν ἤδεσαν φευκτέων καὶ ὑπομενετέων ἐπιστήμη, ὡς ἂν ὁ ὀρθὸς ὑπαγορευῆ λόγος· καὶ ἐπετύγχανον δὲ ἤδη τούτου· βαρυνόμενοι γὰρ τοῖς ὄπλοις ἀπελείποντο οἱ σὺν Εὐρυμένει τοῦ

διωγμοῦ· εἰ μὴ περιφεύγοντες ἐνέτυχον πεδίῳ τινὶ κυάμοις ἐσπαρμένῳ καὶ τεθλιότι ἱκανῶς· καὶ μὴ βουλόμενοι δόγμα παραβαίνειν τὸ κελεῖον κυάμων μὴ θιγγάνειν, ἔστησαν, καὶ ὑπ' ἀνάγκης λίθους καὶ ξύλοις καὶ τοῖς προστυχοῦσιν ἕκαστος μέχρι τοσοῦτον ἡμύοντο τοὺς διώκοντας, μέχρι τινὰς αὐτῶν μὲν ἀνηρηκέναι, πολλοὺς δὲ τετραυματικέναι, πάντας μὲν ὑπὸ τῶν δορυφόρων ἀναιρεθῆναι, καὶ μηδένα τοπαράπαν ζωγρηθῆναι, ἀλλὰ πρὸ τούτων θάνατον ἀσμένισαι κατὰ τὰς τῆς αἰρέσεως ἐντολάς. Ἐν συγγύσει δὲ πολλῇ τὸν μὲν Εὐρυμένην καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ καὶ οὐ τῇ τυχοῦσῃ γενέσθαι, εἰ μὴδὲ ἓνα ζῶντα ἀγάγοιεν τῷ πέμψαντι Διονυσίῳ, εἰς αὐτὸ μόνον τοῦτο προτρεψαμένῳ αὐτούς. Ἰῆς οὖν ἐπαμήσαντες τοῖς πεσοῦσι, καὶ ἥρῳν πολυάνδριον ἐπιχώσαντες αὐτόθι, ὑπέστρεφον. Ἐῖτα αὐτοῖς ἀπήντησε Μυλλίας Κροτωνιάτης καὶ Τιμύχα Λακεδαίμονια, γυνὴ αὐτοῦ, ἀπολελειμμένοι τοῦ πλῆθους, ὅτι ἔγκυος οὖσα ἡ Τιμύχα τὸν δέκατον ἤδη μῆνα εἶχε καὶ σχολαίως διὰ τοῦτο ἐβάδιζε. Τούτους δὲ ζωγρήσαντες ἄσμενοι πρὸς τὸν τύραννον ἤγαγον, μετὰ πάσης κομιδῆς καὶ ἐπιμελείας διασώσαντες. Ὁ δὲ περὶ τῶν γεγονότων διαπυθόμενος καὶ ἀθυμήσας ἔφαινε (ὡς ἐνέφαινε conj. Kiessl.), Ἄλλ' ὑμεῖς γε, εἶπεν, ὑπερ πάντων τῆς ἀξίας τεύξεσθε παρ' ἐμοῦ τιμῆς, εἰ μοι συμβουλεύσαι (cod. Ciz. συμβασιλεύσαι vgo) θελήσετε. Τοῦ δὲ Μυλλίου καὶ τῆς Τιμύχας πρὸς πάντα ἀ ἐπηγέλλετο ἀνανεούτων, Ἄλλὰ ἐν γέ με, ἔφη, διδάξαντες μετὰ τῆς ἐπιβαλλούσης προπομπῆς διασώξεσθε. Πυθόμενου δὲ τοῦ Μυλλίου, καὶ τί ποτ' ἔστιν ὃ μαθεῖν προθυμεῖται· Ἐκεῖνο, εἶπεν ὁ Διονύσιος, τίς ἡ αἰτία, δι' ἣν

22 a.

Licebit præterea virorum illorum continentiam, et quomodo illam Pythagoras docuerit, ex illis etiam cognoscere, quæ Hippobotus et Neanthes de Myllia et Timycha Pythagoreis memoriæ prodiderunt. Referunt enim Dionysium tyrannum, quum nihil inexpertum omitteret, non potuisse tamen ullius Pythagorei amicitiam sibi conciliare, utpote qui ingenium ejus imperiosum et a legum observatione abhorrens caute declinabant. Turmam itaque triginta militum, duce Eurymene Syracusano, Dionis fratre, viris immisisse, ut, quum pro more et temporis ratione Metapontum Tarento commigrarent, iis insidias tenderet: in usu quippe habebant, ut pro diversis anni tempestatibus domicilium mutarent, et loca huic rei apta seligerent. Itaque in agro Tarentino, regione convallibus obsita, quam Phalas nominabant, qua illis necessario transeundum erat, copias suas Eurymenes in insidiis collocaverat: quumque Pythagorei nihil tale metuentes circa meridiem eo pervenissent, milites, clamore edito, latronum more in eos irruerunt. Illi vero re improvisa numeroque insidiantium (nam ipsi non amplius decem erant) in metum terroremque conjecti, ac se facile captum iri rati, quod inermes adversus bene armatos pugnaturi essent, cursu fugaque sibi consulere decreverunt, minime id a virtute alienum existimantes; quippe qui probe noverant fortitudinem fugiendorum et sustinendorum, prout recta ratio dictaverit, scientiam

esse. Nec cesserat infeliciter consilium; siquidem Eurymenis milites armis graves fugientibus segnius instabant; nisi ad campum fabis consitum affatimque jam florentem pervenissent. Tum enim placitum illud, quod fabas attingere vetabat, violare abnuentes pedem fixerunt, et necessitate compulsi lapidibus, fustibus et aliis, quæcunque præmanibus erant, tandem se contra hostes defenderunt, donec quidam ex ipsis caesi, plures vulnerati, denique omnes a satellitibus interfecti sunt: neque enim ullus eorum vivus capi sustinuit, sed omnes secundum sectæ suæ regulas perire maluerunt. At Eurymenes ejusque satellites valde conturbati erant, quod ne unum quidem ad Dionysium adducere possent, quum tamen in hunc unice finem a tyranno missi essent. Terra itaque caesis injecta, communique tumulo iis ibidem constructo, domum ire parabant, quum iis forte obviam facti sunt Myllias Crotoniatis et Timycha Lacedæmonia, uxor ejus, quos reliqua multitudo a tergo reliquerat, inquit Timycha jam decem mensibus gravida tardius incederet. Hos igitur vivos in potestatem redactos ad tyrannum læti deduxerunt, nullo studio curaque omissa, quo illos incolumes conservarent. Dionysius autem cognito quod acciderat mœrore affectus, ubi apparuit, Vos vero, ait, dignos a me honores consequimini, si consiliis vestris præsto adesse mihi volueritis. Quæ promissa quum illi respuisent, At unum saltem si me docueritis, inquit Dionysius, incolumes dato sufficienti præsidio dimittam: interroganteque Myllia, quid tandem esset, quod tanto ere

οἱ ἔταιροί σου ἀποθανεῖν μᾶλλον εἶλοντο ἢ κυάμους πατήσαι. Καὶ ὁ Μυλλίας εὐθὺς, Ἄλλ' ἐκείνοι μὲν, εἴ-  
πεν, ὑπέμειναν, ἵνα μὴ κυάμους πατήσωσιν, ἀποθανεῖν,  
ἐγὼ δὲ αἰρούμαι, ἵνα τούτου σοι τὴν αἰτίαν μὴ ἐξείπω,  
κυάμους μᾶλλον πατήσαι. Καταπλαγέντος δὲ τοῦ Διο-  
νυσίου καὶ μεταστῆσαι κελεύσαντος αὐτὸν σὺν βία,  
βασάνους δὲ ἐπιφέρειν τῇ Τιμύχῃ προστάττοντος· ἐνό-  
μιζε γὰρ, ἄτε γυναῖκά τε οὖσαν καὶ ἔπογκον (ἔτι ἔγκυον  
Schæfer.), ἐρήμην δὲ τοῦ ἀνδρός, βραδίως τοῦτο ἐκλα-  
λήσειν φόβῳ τῶν βασάνων· ἢ γενναία δὲ συμβρούρασα  
ἐπὶ τῆς γλώσσης τοὺς ὀδόντας καὶ ἀποκόψασα αὐτὴν  
προσέπτυσε τῷ τυράννῳ, ἐμφαίνουσα ὅτι, εἰ καὶ ὑπὸ  
τῶν βασάνων τὸ θῆλυ αὐτῆς νικηθὲν συναναγκασθεῖ  
τῶν ἐγγεμυθουμένων τι ἀνακαλύψαι, τὸ μὴν ὑπηρετήσον  
ἐκποδὼν ὑπ' αὐτῆς περικέκοπται. Οὕτως δυσκατάθετοι  
πρὸς τὰς ἐξωτερικὰς φιλίας ἦσαν, εἰ καὶ βασιλικάι  
τυγχάνοιεν.

Eandem historiam respexit S. Ambrosius De  
Virginit. II, c. 4. Ceterum de Tymicha v. Me-  
nagius in Historia mulier. philosopharum. —  
Prima verba Ἰππόδοτος... ιστοροῦσι habes etiam ap.  
Porphyr. V. Pyth. extrem.; cetera ibi perierunt.

## ΠΕΡΙ ΤΕΛΕΤΩΝ.

## E LIBRO PRIMO.

23.

Favorin. v. Βριτόμαρτις p. 391, 7 Bas. : Νεάνθης  
ἐν τῷ πρώτῳ Περὶ τελετῶν φησι χρησὸν Διὶ δοθῆναι,  
ὅτι ὁ ἐκ τῆς μήτρας τῆς Ἐκάτης γεννησόμενος μετα-  
στήσει τῆς βασιλείας αὐτόν· γεννώσης δὲ τῆς Ἐκά-  
της, τὰς συμπαρούσας κόρας τῇ λεγοῖ ἀναθοῆσαι βρι-  
τον, τοῦτ' ἔστιν ἀγαθόν· παρὰ τοῦτο δὲ ἐπιφθεγμα  
ὠνομάσθαι τὴν θεόν.

Eadem Etym. M. p. 214, 25. « De voce βρίτον

discere averet; Hoc, subiecit tyrannus, cur socii tui mori  
maluerint quam fabas calcare? Illi quidem, Myllias statim  
respondet, ne fabas calcarent, mori sustinuerunt: at ego  
malim fabas calcare quam causam hujus rei tibi prodere.  
Quo responso percussus Dionysius Mylliam e conspectu  
abripit, Timychæ vero tormenta admoveri jussit, ratus eam,  
utpote mulierem et gravidam et a marito destitutam, faci-  
lius illud metu tormentorum indicaturam esse: sed mulier  
generosa dentibus linguam mordicus correptam abscidit, et  
in tyrannum expuit; eoque illi demonstravit, licet sexus  
ejus muliebris tormentis succumbens tacendum aliquid  
evulgare adigeretur, ministram tamen loquendi a se e me-  
dio sublata præcisamque esse. Adeo difficulter ad admit-  
tendas extraneas, imo regias etiam amicitias adduci se  
passi sunt.

## DE INITIIS.

23.

Neanthes libro primo De initiis ait accepisse Jovem ora-

v. Bekk. An. p. 567, Müller. *Æginet.* p. 164, *Pro-  
legom.* p. 244, Welcker. zu *Schwenks Andeut.*  
p. 343. » MARQUARDT, *Cyz.* p. 169.

## E LIBRO SECUNDO.

24.

Athenæus XIII, p. 602, B : Διαβόητα δ' ἔστι καὶ  
τὰ ἐπὶ Κρατίνῳ τῷ Ἀθηναίῳ γενόμενα· δὲ μειράκιον  
[ὄν] εὐμορφον, Ἐπιμενίδου καθαίροντος τὴν Ἀττικὴν  
ἀνθρωπεύῳ αἵματι διὰ τινὰ μύση παλαιὰ, ὡς ἱστορεῖ  
Νεάνθης ὁ Κυζικηνὸς ἐν δευτέρῳ Περὶ τελετῶν, ἔκων  
αὐτὸν ἐπέδωκεν ὁ Κρατίνος ὑπὲρ τῆς θρεψαμένης· ὃ καὶ  
ἐπαπέθανεν ὁ ἔραστής Ἀριστοδήμος, λύσιν τ' ἔλαβε τὸ  
δεινόν.

[ὄν] adjecit Dindorf. De re confer Diogen. L. I,  
110, qui Aristodemi loco Ctesibium ponit; Hein-  
rich. *Epimenid.* p. 94. Boeckh. C. I. I, p. 445.  
Ceterum addit Athenæus hæc : Οὐκ ἀγνώω δὲ ὅτι τὰ  
παρὰ Κρατίνου καὶ Ἀριστοδήμου πεπλάσθαι φησι Πο-  
λέμων (fr. 53) ἐν ταῖς Πρὸς Νεάνθη ἄντιγρα-  
φαις.

25.

Athenæus IX, p. 375, F, ex Agathoclis Περὶ Κυ-  
ζικοῦ ὄπερ fabulam Cretensem narrat de sue Jovis  
nutrice, suisque apud Præsios sanctitate; τὰ πα-  
ραπλήσια, pergit, ἱστορεῖ καὶ Νεάνθης ὁ Κυζικηνὸς ἐν  
δευτέρῳ Περὶ τελετῆς (scr. τελετῶν).

26.

Harpocratio v. Ἄττης : Ὁ Ἄττης παρὰ Φρυγί μάλ-  
ιστα τιμᾶται ὡς πρόσπολος τῆς μητρὸς τῶν θεῶν. Τὰ  
δὲ περὶ αὐτὸν δεδήλωκε Νεάνθης· μυστικὸς δὲ ὁ λόγος.  
« Dymæorum ἀπόρρητον λόγον de Cybelæ et At-

culum, fore, ut si masculium partum Hecate ederet, ab eo  
ipse regno pelleretur. Quum vero *puellam* Hecate ederet,  
puellas lecto ejus adstantes exclamasse βρίτον, id est *bonum*,  
atque ab acclamatione hac deam Britomartim esse vo-  
catam.

24.

Celebratum etiam est Cratini factum Atheniensis; qui  
quum formosus esset adolescentulus, quo tempore Epime-  
nides Atticam humano sanguine lustravit ob vetusta quæ-  
dam piacula, ut tradit Neanthes Cyzicenus secundo libro  
De initiis, ultro se ipsum pro patria obtulit: cujus post  
mortem Aristodemus etiam, amator ejus, sponte vitam  
finivit, et cessavit malum.

25.

Similia illis, quæ Agathocles de sue Jovis nutrice tradit,  
leguntur apud Neanthem in libro secundo De initiis.

26.

Attes apud Phryges maxime honoratur utpote minister

## FRAGMENTA.

9

tis commerciis et luctuoso pueri a sue interempti casu (Pausan. VII, 17, 5) sine dubio enarravit Neanthes eo loco, quo suum facinora memorabilia collegit (Athen. p. 375, F) » Ловек. Aglaoph. I, p. 151, citante Marquardt. I. 1.

27.

Clem. Al. Strom. V, p. 243, 20 Syll. (p. 673 Pott.) : Συνομολογος τῆς τοιαύτης δόξης καὶ ὁ Κυζικηνὸς Νεάνθης, γράφων τοὺς Μακεδόνων ἱερεῖς ἐν ταῖς κατευχαῖς βέδου κατακαλεῖν ἕλω αὐτοῖς τε καὶ τοῖς τέκνοις, ὅπερ ἐρμηνεύουσιν ἀέρα.

Antecedit locus Philyllii comici, quo βέδου vocem ἀέρα significare probatur. Secundum alios, eodem Clemente testante, βέδου non ἀήρ sed ὕδωρ Phrygum sermone dicitur. Aliud aquæ nomen sacerdotale vide ap. Ephorum fr. 27. Cf. Lobeck. Aglaoph. p. 883, Müller. Dor. I, 8. Præter allata ad librum Περὶ τελετῶν referre licet fr. 36.

## ΤΑ ΚΑΤΑ ΠΟΛΙΝ ΜΥΘΙΚΑ.

## E LIBRO SECUNDO.

28.

Parthenius Erot. c. 33, p. 179 Westerm. : Περὶ Ἀσσάονος. (Ἱστορεῖ Ξάνθος Λυδιακοῖς καὶ Νεάνθης (Νεάνθος cod.) β' καὶ Σιμμίας ὁ Ῥόδιος.) Διαφόρων δὲ καὶ τοῖς πολλοῖς ἱστορεῖται καὶ τὰ τῆς Νιόβης· οὐ γὰρ Ταντάλου φασὶν αὐτὴν γενέσθαι, ἀλλ' Ἀσσάονος μὲν θυγατέρα, Φιλόττου δὲ γυναῖκα· εἰς ἔριν δὲ ἀφικομένην Ἀητοῖ περὶ καλλιτεχνίας, ὑποσχεῖν τίσιν τοιάνδε· τὸν μὲν Φίλοττον ἐν κυνηγίᾳ διασφαρῆναι, τὸν δὲ Ἀσσάονα τῆς θυγατρὸς πόθῳ σχόμενον αὐτὴν αὐτῷ γῆμασθαι· μὴ ἐνδιδοῦσης δὲ τῆς Νιόβης, τοὺς παιδάς αὐτῆς εἰς εὐωχίαν καλέσαντα καταπρῆσαι· καὶ

Matris deorum. Exponit de eo Neanthes. Mystica narratio est.

27.

Congruunt cum hac opinione quæ Neanthes Cyzicenus scribit, Macedonum sacerdotes in precibus βέδου invocare, ut propitium sit ipsique et liberis suis, eamque vocem interpretari *aerem*.

## DE SINGULARUM CIVITATUM NARRATIONIBUS FABULOSIS.

28.

De Assaone. (Narrat Xanthus in libro De rebus Lydorum, Neanthes libro secundo, et Simmias Rhodius.) Diverse multis narratur etiam Niobæ historia. Non enim Tantalus dicitur sed Assaonis fuisse filium, uxorem vero Philotti; quæ quia cum Latona de prolis pulchritudine contendere ausa esset, hanc subisset pœnam. Nempe Philottum in vocatione dilaceratum esse, Assaonem vero, filia amore

τὴν μὲν διὰ ταύτην τὴν συμφορὰν ἀπὸ πέτρας ὕψηλοτάτης αὐτὴν βῆσαι· ἔννοιαν δὲ λαβόντα τῶν σφετέρων ἀμαρτημάτων διαχρήσασθαι τὸν Ἀσσάονα ἑαυτόν.

## E LIBRO TERTIO.

29.

Ammonius p. 33. Valcken. : Ἰδίας δὲ Νεάνθης ὁ Κυζικηνὸς ἐν τρίτῳ τῶν Κατὰ πόλιν βωμοῦς θεῶν φησιν, ἔσχαρος δ' ἡρώων.

Valckenarius p. 49, loci Plutarchei (fr. 32) immemor, scribi voluit ἐν τρίτῳ Τελετῶν καταπολὺ βωμοῦς κτλ. — « De differentia vocum ἔσχαρος et βωμός cf. Eustath. ad Od. ζ', 305, p. 1564, 28 Rom. [ubi eadem ex Neanthe affert] et 1575, 5; Bekk. An. Gr. p. 256, 32; Vales. ad Harpocr. p. 468; Pausan. V, 13, 8. Bergl. ad Alciphr. p. 239. » MARQUARDT.

## E LIBRO QUINTO.

30.

Porphyrus Vit. Pyth., init. : Οἱ μὲν γὰρ Σάμιον αὐτὸν (Πυθαγόραν) εἶναι φασί· Κλεάνθης (scr. Νεάνθης vid. fr. 17) δὲ ἐν πέμπτῳ τῶν Μυθικῶν, Σύρον ἐκ Τύρου τῆς Συρίας. Σιτοδείας δὲ καταλαβούσης τοὺς Σαμίους, προσπλεύσαντα τὸν Μνήσαρχον κατ' ἐμπορίαν μετὰ σίτου τῇ νήσῳ, καὶ ἀποδόμενον, τιμηθῆναι πολιτεία. Πυθαγόρου δ' ἐκ παιδῶν εἰς πᾶσαν μάθησιν ὄντος εὐφροῦς, τὸν Μνήσαρχον ἀπαγαγεῖν αὐτὸν εἰς Τύρον, ἐκεῖ δὲ τοῖς Χαλδαίοις συστάντα μετασχεῖν τούτων ἐπιπλεῖον ποιῆσαι. Ἐπανελθόντα δ' εἰς τὴν Ἰωνίαν ἐντεύθεν τὸν Πυθαγόραν πρῶτον μὲν Φερεκύδῃ τῷ Συρίῳ ὀμιλῆσαι· δεύτερον δ' Ἐρμούδαμαντι τῷ Κρεοφυλίῳ, ἐν Σάμῳ ἤδη γηράσκοντι. Λέγει δὲ ὁ Κλεάνθης

captum, connubio voluisse eam sibi jungere, et non obtemperante Nioba, filios ejus in convivium convocasse atque concremasse. Hanc ob calamitatem Niobam de rupe altissima præcipitem se dedisse, Assaonem vero, scelere suo cognito, manum sibi intulisse.

29.

Peculiari modo Neanthes Cyzicenus libro tertio Narrationum fabularum, quæ in singulis civitatibus obtinent, βωμοῦς αὐτῶν deorum, ἔσχαρος vero heroum esse.

30.

Neanthes libro quinto Rerum fabularum Pythagoram Syrum fuisse prodit ex Tyro Syriae urbe. Sed fame magna exorta in Samo, Mnesarchum mercaturæ causa appulisse in insulam et præmii loco civitate donatum esse. Pythagoram autem, cui a pueris ingenium ad omnes disciplinas aptissimum inerat, Tyrum postea fuisse abductum et Chalcedæis ibidem commendatum, quorum doctrina imbui inprimis cupiebat. Reversum autem inde in Ioniam Pythagoram primum Pherecydi Syrio se adjunxisse, deinceps



ἄλλους εἶναι, οἱ τὸν πατέρα αὐτοῦ Τυρρητὸν ἀποφαίνονται, τῶν τὴν Ἀἴμον ἀποικησάντων ( v. Aristot. fr. 1 ). Ἐντεῦθεν δὲ κατὰ πρᾶξιν εἰς Σάμον ἐλθόντα καταμεῖναι καὶ ἀστὸν γενέσθαι. Πλέοντος δὲ τοῦ Μνησάρχου εἰς τὴν Ἰταλίαν, συμπλέσαντα Πυθαγόραν νέον ὄντα κομιδῆ, σφόδρα οὔσαν εὐδαίμονα\* καὶ τότ' ὕστερον εἰς αὐτὴν ἀποπλευσαι. Καταλέγει δ' αὐτοῦ καὶ ἀδελφοὺς δύο, Εὐνοστον καὶ Τυρρητὸν πρεσβυτέρους.

Πέμπτῳ μυθικῶν π. Πυθαγορικῶν Menag. ( vide not. ad fr. 17 ); qua conjectura facile caremus. Syrorum fabulas a Neanthe collectas ipse Porphyrius nos docet fragm. 31, ubi de Syris agitur ab esu carniū olim abstinentibus. Vel hoc occasionem dare poterat ut de Pythagoræ super hanc rem placitis, deque Pythagora Tyrio Chaldaeorumque alumno verba faceret. Ceterum num omnia, quæ ex Neanthe h. l. Porph. affert, ex iisdem Mythicis fluxerint, neque nego neque affirmo.

## 31.

Porphyrius De abstin. IV, 15, p. 345 ed. Rœhr. : Καὶ μὴν καὶ τοὺς Σύρους ἱστοροῦσι τὸ παλαιὸν ἀπέχεσθαι τῶν ζώων, καὶ διὰ τοῦτο μὴδὲ τοῖς θεοῖς θύειν ὕστερον δὲ θῆσαι μὲν εἰς ἀποτροπὴν τινῶν κακῶν, αὐτοὺς δὲ μὴδὲ ὄλωσ προσίσθαι τὴν σαρχοφαγίαν. Προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου, ὡς φησι Νεάνθης ὁ Κυζικηνὸς καὶ Ἀσκληπιάδης ὁ Κύπριος, κατὰ Πυγμαλίωνα, τὸν γένει μὲν Φοίνικα βασιλεύσαντα δὲ Κυπρίων, τὴν σαρχοφαγίαν παραδεχθῆναι ἐκ τῆς τοιαύτης παρανομίας. Λέγει δὲ ὁ Ἀσκληπιάδης ἐν τῷ Περὶ Κύπρου καὶ Φοινίκης ταῦτα · « Τὸ μὲν γὰρ πρῶτον οὐκ ἔθυετο τοῖς θεοῖς οὐδὲν

ἐμψυγον, ἀλλ' οὐδὲ νόμος ἦν περὶ τούτου διὰ τὸ νόμιμον φυσικῶ κακωλῦσθαι ὑπὸ δὲ τινος καιροῦ πρῶτον ἱερεῖον θῆσαι μυθεύονται ψυχὴν ἀντὶ ψυχῆς αἰτουμένους, εἶτα τούτου γενομένου δλοκαυτίζειν τὸ τυθέν. Ὑστερον δὲ ποτε φλεγόμενου τοῦ ἱερείου πεσεῖν σάρκα εἰς γῆν, ἣν ἀνελόντα τὸν ἱερέα καὶ κατακατόμενον, ἀβουλήτως προσαγαγεῖν τῷ στόματι τοὺς δακτύλους ἀκούμενον τὴν κατάκαυσιν · γευσάμενον δὲ τῆς κνίσσης, ἐπιθυμῆσαι καὶ μὴ ἀποσχέσθαι, ἀλλὰ καὶ τῇ γυναικὶ μεταδοῦναι. Γινόντα δὲ τοῦτο τὸν Πυγμαλίωνα αὐτὸν τε καὶ τὴν γυναῖκα κατὰ κρημνῶν ἀφείναι, ἐτέρῳ δὲ τὴν ἱερωσύνην παραδοῦναι · ὅς οὐ πολλοῦ χρόνου διαλείποντος τὴν μὲν αὐτὴν θυσίαν ἔτυχεν ποιούμενος, ἐπεὶ δὲ τῶν αὐτῶν κρεῶν ἔφαγε, ταῖς αὐταῖς ἐκείνῳ συμφοραῖς περιέπιπτεν. Ἐπὶ πλέον δὲ τοῦ πράγματος προβαίνοντος, καὶ τῶν ἀνθρώπων τῇ θυσίᾳ χρωμένων καὶ διὰ τὴν ἐπιθυμίαν οὐκ ἀπεχομένων, ἀλλὰ τῆς σαρκὸς ἀπτομένων, οὐκ (scr. οὕτω δὲ vel tale quid ) ἀποστῆναι τοῦ κολάζειν. Τὸ μέντοι τῶν ἰχθύων ἀπέχεσθαι ἄχρι τῶν Μενάνδρου χρόνων τοῦ κωμικοῦ διέμενε. »

Hieronym. Adv. Jovin. II, c. 14 : *Euanthes* (scr. *Neanthes*) *Cyzicenus et Asclepiades Cyprius, ætate qua Pygmalion in Oriente regnabat, scribunt esum carniū non fuisse.*

## E LIBRIS INCERTIS.

## 32.

Plutarch. Qu. Symp. I, 10, p. 761 ed. Didot : Προεβλήθη δὲ τι τοιοῦτον ὑπὸ Μάρκου τοῦ γραμματικοῦ. Νεάνθη τὸν Κυζικηνὸν ἔφη λέγειν ἐν τοῖς Κατὰ πόλιν μυθικοῖς, ὅτι τῇ Αἰαντίδι φυλῇ γέρας ὑπῆρχε τὸ μὴ κρίνεσθαι τὸν [αὐτῆς] χορὸν ἔσχατον. [Ἔ] μὲν οὖν

Hermodamanti Creophyllo, qui senex in Samo tum degebat. Nec tamen deesse scribit Neanthes, qui patrem ejus Tyrrenum affirmat, ex illorum genere, qui Lemnum incolebant : quumque negotiorum causa inde in Samum venisset, permansisse istic, civemque factum fuisse. Mnesarcho autem in Italiam navigante, Pythagoram admodum adolescentulum una cum ipso eodem profectum : quumque opibus ea terra maxime floreret, ipsum deinceps navi eam repetiisse. Recenset præterea duos ipsius fratres, Eunostum et Tyrrenum natu majores.

## 31.

Syros quoque antiquitus ab animalibus abstinuisse atque ideo neque diis ea mactare consuevisse memorie proditum est. Postea vero licet ad quorundam malorum aversionem procurandam ea sacrificaverint, numquam tamen eo adductos, ut carniū esum admiserint. Processu autem temporis, Neanthes Cyzicenus et Asclepiades Cyprius inveniunt, tempore Pygmalionis, qui quum genere esset Phœnix Cypriorum etiam imperium obtinebat, ex hujuscemodi piaculo carniū esum fuisse introductum. Asclepiades enim in libro De Cypro et Phœnice hunc in modum narrat : « Principio sane nullum animatum diis sacrificari consueverat, quin neque ulla de hoc lex erat, propterea quod na-

turali lege esset prohibitum. Quibusdam autem calamitosis temporibus quum anima pro anima repeteretur, primam fabulantur victimam sacrificatam et deinceps totam flammis consumendam traditam esse. Quod quidem sacrificium quum postea fieret ac victima concremaretur, carnis frustulum in terram decidisse, sacerdotem vero id sustulisse, quumque ignita carne digitos adussisset, eos forte ori admovisse, ut adustioni remedium quodammodo ferret ; atque ita quum ex assa carne degustasset, edere ex ea mirum in modum appetivisse, neque ea abstinuisse, sed eandem etiam cum uxore communicasse. Pygmalionem autem, re compta, ipsum una cum uxore e rupe præcipitem dandum jusuisse, atque alium præfecisse sacerdotio, qui quum non multo post idem sacrificium faceret, eo quod ex iisdem carniibus comedisset, eodem etiam quod ille supplicio affectus sit. At quum ulterius res progrediretur, cupiditateque inducti a carniibus non abstinere, sed vescerentur iis, pœnam tandem inferri desiisse. Abstinencia tamen a piscibus usque ad Menandri comici tempora apud Syros permansit.

## 32.

Proposuit Marcus grammaticus tale quiddam de quo dispiceretur. Neanthen Cyzicenum in Urbium fabulis narrare dixit hunc Æantidi tribui honorem eximium habitum

## FRAGMENTA.

11

ἔφη \* πρὸς ἀπόδειξιν ἱστορίας ὁ ἀνα \* \* \*. εἰ δὲ τοῦτο γ' οὐ νοθεύετε, προκείσθω τῆς αἰτίας ἐν κοινῷ πᾶσιν ἢ ζήτησις... μηδὲ ἡμεῖς τὴν Νεάνθους ἐν ἐνίοις εὐχέριαν ἀποδράσεως ποιησόμεθα πρόφρασιν. Locum lacunosum dedi ex recensione Dübneri. Scripserim : οὐδὲν μὲν οὖν ἔφη πρὸς ἀπόδειξιν ἱστ. ὁ ἀναγράφας αὐτήν, id quod in latinis expressi.

33.

Plinius H. N. VIII, 34 : *Euanthes (Neanthes), inter auctores Graeciae non spreus, tradit Arcades scribere, ex gente Anthi cuiusdam, sorte familiae lectum, ad stagnum quoddam regionis ejus duci, vestituque in quercu suspenso transnatare, atque abire in deserta, transfigurarique in lupum, et cum ceteris ejusdem generis congregari per annos novem. Quo in tempore si homine se abstinerit, reverti ad idem stagnum, et quum transnataverit effigiem recipere, ad pristinum habitum addito novem annorum senio. Id quoque Fabius, eandem recipere vestem. Mirum est quo procedat Graeca credulitas. Nullum tam impudens mendacium est, ut teste careat.* Conf. Pausan. VIII, 2 sqq. ibique interpr.

(34.)

Schol. Apoll. Rh. I, 1063 : Ὁ μὲν Ἀπολλώνιος νεόγαμον τὸν Κύζικον [καὶ ἀπαιδα] ἱστορεῖ, Εὐφορίων δὲ ἐν Ἀπολλοδώρῳ μελλόγαμον, τὴν δὲ Κλείτην (τὴν δὲ γαμετὴν conj. Mein.) οὐ Μέροπος λέγει θυγατέρα, Θρησσαν (Λάρισσαν ex Parthenio Erot. c. 64 scrib. Meinek. ad Euphor. p. 60) δὲ τὴν Πιάτου... Εὐάνθης (Νεάνθης?) δὲ ἐν τοῖς Μυθικοῖς συμφωνεῖ τῷ Ἀπολλωνίῳ.

Verba καὶ ἀπαιδα omittit cod. Parisinus. Neque de hac re Noster cum Apollonio consentit : nam paullo post scholiasta haec : Ἱστορεῖ δὲ Ἀπολλώνιος

fuisse, ut nunquam choro ipsius ultimus locus assignaretur. [Nihil quidem ad confirmationem historiae auctor attulit:] sin vero hoc certe, quod posuit, non ut falsum repudiatis, proposita sit in medium omnibus causae indagatio... neque nos Neanthis in nonnullis rebus levitatem usurpemus pro subterfugendi disputationem occasione.

34.

Apollonius Cyzicum brevi post nuptias, Euphorion vero in Apollodoro mox celebraturum nuptias occubuisse dicit. Idem Euphorion desponsam puellam non Cliten neque Meropis filiam, sed Larissam, Piasii filiam dicit... Euanthes (Neanthes) in Mythicis cum Apollodoro facit.

Apollonius ait Cyzicum improlem cecidisse, Euanthes (Neanthes) vero filium ipsi cognominem habuisse narrat. Euanthes (Neanthes) et Deilochus narrat Cliten suspendio vitam finisse, atque fontem Clites Cyzici esse.

35.

Veneris Meretricis templum est apud Abydenos, ut Pamphilus ait. « Quum enim servitute, inquit, premeretur

ἄτεκνον τὸν Κύζικον ἀνηρῆσθαι, Εὐάνθης (Νεάνθης?) δὲ ἐσχηκέναι φησι παῖδα δμῶνυμον ἑαυτῷ.

Idem, I, 1065 : Εὐάνθης (Νεάνθης) δὲ καὶ Δηλόχου ἱστοροῦσιν, ὅτι ἀπήγατο ἡ Κλείτη, καὶ ὅτι ἡ ταύτης κρήνη ἐν Κυζίκῳ. Cf. Deiochi fragm. 4 et 7. Meinek. ad Euphor. p. 61 Euanthem scholiastae poetam epicum esse suspicatur quem laudat Athenæus VII, p. 296. Neanthem agnoscit Marquardt. Quamquam offendere potest fabulas Cyzicenas, quas in Annalibus omittere vix poterat, iterum in hoc libro expositas esse.

35.

Athenæus XIII, p. 572, E : Πόρνης δὲ Ἀφροδίτης ἱερόν ἐστι παρὰ Ἀθουθῶν, ὡς φησι Πάμφιλος. Κατεχομένης γὰρ τῆς πόλεως δουλείᾳ, τοὺς φρουροὺς τοὺς ἐν αὐτῇ ποτε θύσαντας, ὡς ἱστορεῖ Κλεάνθης (l. Νεάνθης) ἐν τοῖς Μυθικοῖς, καὶ μεθυσθέντας ἐταίρας πλείονας προσλαθεῖν, ὧν μίαν, κατακοιμηθέντας αὐτοὺς ἰδοῦσαν, ἀνελομένην τὰς κλεῖς καὶ τὸ τεῖχος ὑπερβάσαν, ἀπαγγεῖλαι τοῖς Ἀθουθῶν. Τοὺς δ' αὐτίκα μετ' ὅπλων ἀφικομένους ἀνελεῖν μὲν τοὺς φύλακας, κρατήσαντας δὲ τῶν τειχῶν καὶ γενομένου ἐγκρατεῖς, τῆς ἐλευθερίας χαριστήρια τῇ πόρῃ ἀποδιδόντας, Ἀφροδίτης Πόρνης ναὸν ἰδρύσασθαι.

36.

Schol. Vat. et Neapol. in Eurip. Troad. 89 : Καφηρεὺς δὲ ἀκρωτήριο Εὐβοίας, μεταξὺ (ἀντικρὺ? Kampmann.) Σκύρου. Νεάνθης δὲ ὁ Κυζικηνὸς Καθηρέα αὐτόν φησι πρότερον κεκληῖσθαι· εἶναι γὰρ ἐκεῖ βωμὸν εἰς ὃν Εὐβοεῖς καθαιρόμενοι ἔθουον. Χρόνου δὲ προϊόντος Καφηρεὺς ἐκλήθη παραφθειράντων τῶν ἐνοικούντων τὴν λέξιν. Περὶ τοῦτο δὲ οἱ πλείστοι τῶν Ἑλλήνων κατὰ τὸν ἀπόπλου διεφθάρσαν. Quodsi hæc ad libros Περὶ τελετῶν referri mavelis, nihil refragor.

Abydus, custodes urbis aliquando; ut narrat Cleantes (Neanthes) in Mythicis, peracto sacrificio vino madidos, meretrices adscivisse. Earum unam, somno sopitos conspicatam, raptis clavibus murum transcendisse et Abydenis rem renuntiassse. Illos igitur profinus advenisse armatos, et occisis custodibus muro politos, restaurata patriæ libertate, gratias ut meretrici redderet, Veneri Meretrici templum statuisset.

36.

Caphareus, Eubææ promontorium e regione Scyri ins. situm, Neanthes Cyzicenus prius *Cathareum* dicit vocatum esse; videlicet aram ibi exstare, in qua Eubæenses lustrantes se (καθαίρομενοι) sacra facere solerent. Progrediente autem tempore vocabulum ab incolis corruptum abiisse in *Caphareum*. Circa hoc promontorium plurimi Græcorum Troja domum redeuntium, naufragio perierunt.